

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Feria 6. De magnanimitate necessaria operariis Evangelicis: Dico vobis  
amicis meis, ne terreamini, &c. Plus est quod Christus monet ne  
terreamur, quàm quod movent Inimici ut nos terreant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

que fecerunt, sed summa cum mansuetudine re-  
spondentes dicebant, si iustum est vos audire magis  
quam Deum, judicato. Perseperisti simplicitatem  
columbae, vide nunc serpentinam prudentiam: non e-  
nim possumus inquietare, nos que vidimus & audi-  
vimus, non loqui.

Sic jungenda seraper similitudinem prudentia,  
unde est illud S. Hieronymi sententia dictum: Habeto  
simplicitatem columbae, ne cuiquam machineria  
adoleat, & serpentine astutiam ne aliorum supplante-  
rum insidiam. Non multum difficit in virtute, vel decipe-

re posse, vel decipi Christianum. Velle sine desipit &  
illudit? Nonne hoc quantum potes, caves? Et ve-  
tio etiam vide ne decipias. Si sola fuerit pruden-  
tia sine simplicitate rationabili, primò te deci-  
pier; deinde tu alios, nam eris alioquin callidus,  
eris versatus, eris hypocrita. Nunquid hoc est  
decipere?

Vide in 1. parte, die 30. Decembris, ubi haec Sa-  
pientis declaratur sententia. Abominatione Domini  
est omnis illator. & cum simplicibus sermonibus  
ejus.

## FERIA SEXTA. DE MAGNANIMITATE MAXIME NECESSA- RIA OPERARIIS EVANGELICIS.

*Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui  
occidunt corpus. Luc. 12.*

### VERITAS PRACTICA.

In paucis Christi verbis ad amicos suos, plus  
est ne terreatur, quam in cunctis  
inimicis, ut ipsi terreatur.

*Vel sic.*

Plus est quod Christus monet ne terreamur,  
quam quod movent inimici ut  
nos terreat.

**RATIO EST.** Quia quod spiritualè est, quod aeterno  
& divinum, plus est seu pluris est ducen-  
dum, quam quod temporale est, quod caducum  
& transitorium.

Sed quod Christus monet ne terreamur, spiritualè  
est, aeternum est & divinum: quod vero movent  
inimici ut nos terreat, totum est temporale, &  
transitorium.

Ergo plus est quod Christus monet ne terreamur,  
quam quod movent inimici ut nos terreat. At  
proinde erigendas ad Christum animas contra  
vanos mundi terrors.

### I P U N C T U M.

**M**anib. 10. **Q**UAM verè Christus suos inmundum  
mitteret sicut oves in medio luporum  
declaravit apertius: cum predixit illis  
quanta essent perpeccuti: Tradenti enim  
vobis, inquit, in concilio, & in synagoga suis flagella-

bunt vobis: & ad presides & ad reges diuermisi pro-  
pter me in testimonium illud & gentibus. Tradet au-  
tem frater fratrem in mortem, & pater filium, &  
insurgentis filij in parentes, & morte eos afficit: &  
spiritu odio omnibus propter nomen meum. Sed ne  
propterea terreatur, haec addidit. Dico autem vo-  
bu amicis meis: ne terreamini ab hi qui occidunt  
corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant.  
Offendam autem vobis quem timeatu: timete eum  
qui possum occidere; habet potestatem mittere in  
gehennam. ita dico vobis, hunc timete. In quibus  
paucis verbis tam amicè, tam suaviter dicit, lon-  
gè plus eratne terretur Apostoli, quam quid-  
quid moveat poterant inimici contra ipsos. Quæ  
certè veritas frumentum consideretur, multum va-  
lere potest apud quovis operarios evangelicos,  
ut sint magnanimi & constantes in adversis quæ  
nunc etiam illis non desunt, sic disponente Do-  
mino ut non aliter Evangelium praedicetur.

Sic autem evidenter suadetur veritas: quia quod  
spirituale est, quod aeternum & divinum seu ad  
Dei cultum & honorem spectans, longè plus est  
& semper pluris ducendum ut inde moveamus  
& excitemus cum gratia, quam quod est tempora-  
le, quod caducum & transitorium. Licet enim  
visibilia & sensibilia nos magis naturaliter mo-  
veant quam spiritualia & quæ a sensibus sunt re-  
mota: si divina tamen fides accederat, & quæ sit  
inter bona vel mala de quibus agitur compara-  
tio, si non ex humano sensu, sed ex divino intel-  
lectu velinus inquirere, tantum aeterna tempora-  
libus, & spiritualia sensibilibus præpondera-  
bunt.

**U. 40.** bunt, quantum quod revera est, excedit illud quod non sublilitat Omnes gentes quasi non sint, sic sunt cor ameo: Et quasi nihilum & inane reputata sunt ei. Quantumcumque longe, quantumque latè aut misere vivant homines & durent viventia; Quae pro nihilo habentur, eorum annierunt. **VII** **P. 89.** **A. 6.** **Amos 6.** **2. Mach. 7.** **2.** quo expressa scribitur quod tanquam nihilum ducet cruciatus.

**E. Cor. 7.** Et hic nativus sensus est verborum Apostoli: Qui sicut tanquam non sicutentes; & qui gaudient tanquam non gaudentes; & qui emunt tanquam non possidentes; & qui uiuentur hoc mundo, tanquam non uiuantur: preterit enim figura hujus mundi. Quasi aperè diceret, quæcunq; sunt in hoc mundo sicut testimanda sunt, quasi non sint in re, sed in figura tantum; neque propterea in malis sicutendū, aut in bonis gaudendum, quia nec verè mala nec verè bona sunt. Quo in sensu S. Joannes: **O-** **mne,** inquit, **quod** **natum** **est** **ex** **Deo,** **vincit** **mun-** **dum:** & haec est **victoria** **qua** **vincit** **mundum,** **fides** **nostra.** Id est, quando spectamus Deum seu res divinas & eternas, tunc nihil plane est nobis mundus. Quidquid mundus opponat nobis vel quod alliciat bonum, vel quod nos terreat malum, totum hoc vincimus si fide decertamus; nam fides docet totum hoc bonum vel malum nihil esse pra divinis & eternis. Itane credis? Itane fide decertas! O quam rara, quam modica talis fides! Fide muri iericho corruperunt. Sic mundana quæque.

## II. PUNCTUM.

**S**ED quod Christus monet ne terreamur, spirituale est, eternum est & divinum: quod vero movent inimici, totum est temporale, caducum & transitorium.

Quando sola vox Christi esset, Ne terreamini, res divina esset & plus aliquid in illa voce esset quam quod omnes inimici molirentur, ut nos metu malorum terret, vel malis ipsis afficeret; quia solius Christi jubentis aut vetantis consideratio, longe pluris testimanda esset quam nostri corporis, seu virtutis temporalis ratio, de qua sola potest agi quidquid possunt agere & movere inimici.

Sunt vero alia spiritualia & eterna quæ proponeat Christus & quæ opponit bonis vel malis temporalibus, quæ ab adversariis possunt coniungere: Occidet, inquit, corpus: At si propterea timetis & deficitis, Deus perdet corpus & animam in-

gehemnam ignis sempiternam Confundent vos & pudenfacient coram hominibus: At ego vos eridebam & negabo eorum patre & angelu eius, si me propter confusione illam humanam deseritis. Parentes & amicos objicent quorū vel amore vel timore abducantibz ab instituto prædicati ope: rat meam oppono amicitiam, meumque odium: meam cognitionem, meumque divertitū, ut si quid affinitati debetur, reddatur divinæ potius quam humanæ: & si quid uno verbo speratur aut timetur ab hominibus, magis à Deo vel speretur vel timeatur, cuius potentia longe est major in remunerando vel puniendo quam in hominibus. **Citò** **velociter** **reddam** **vicissitudinem** **vobis** **super** **caput** **vestrum**, ait Dominus Deus. Id est, illud ipsum quod speratis vel timeritis in hac vita, ego vicissim in altera paro vobis quod reddam, sed tanto gravius, quamū est pondus æternitatis præ momentaneo & elevi tribulationis humanæ & iepianæ. Quod optimè noverat sapientissimus ille inter Judæos Senex, qui ne aliquid contra religionem admitteret, **Etsi** **in** **præse-** **2. Mach. 6.** **tis** **tempore,** inquit, **supplicia** **hominum** **eripiar,** **sed** **manum** **Omnipotentiū** **nec** **vixus** **nec** **desunctus** **ef-** **fugiam.** Sic sapientum, sic loquendum esset.

## III. PUNCTUM.

**P**LVS est ergo quod Christus monet, paucis ad amicos verbu, ne terreatur, quam quod omnes moveant inimici ut ipso terreat. Nam quod spirituale est quod dve attingit animam, plus est quam quod spectat solum corpus, & quod æternum ac divinum est, longe ante illud, quod solum est ieporale & humanum, duci debet. Quid est autem quod proponunt adversarij sive ut blandiatur sive ut terreat, quid est aliud quam temporale aliquid, quam caducum & evanidium gaudiū aut citò desitum tormentum? Quod vero Christus opponit nisi quod sempiternum, nisi quod ipsius anima bonum vel malum spectet in omnem æternitatem? Ne ergo, inquit, timuerint eos: nihil enim est opertum quod non revelabitur: & occultum quod non securit: Id est, ut interpretatur sanctus Hilarius, licet modo non appareat quod dico, apparebit ramus suo reporte, & tum videbitur quæ nulla & inanis fuerint quæ contra sunt aut dicuntur. Sic sàpè alias, Vide te ne turbemini. Nolite terri: non turbebas cor vestrum neque formidet, Cui & cohærenter Apostolus. Tantum dignus Evangelio Christi conuersamini: collaborantes fidei Evangelij, & in nullo terreamini ab adversariis, que illi est causa perditionis, vobis autem salutis.

**Ff. 2.** **Nor.**

**Matth. 20.**

**Luc. 21.**

**Iohann. 14.**

**Phil. 1.**

Non prohibetur sensus timoris qui non est in nostra potestate, sed ne ultra sensum timor abeat ne quid in nobis efficiat quod fidelitati ministri nostri aduersetur, ne desistamus propterea convertendis animabus, fidei propaganda. & severitati propaganda. Vel ne timeamus omnino, vel magis timemus Deum quam homines, & bono timore malum expellamus, ut ait Sapiens: *Qui temet Dominum nihil trepidabit & non pavabit.*

Ecccl. 34..

*HOC unum timeamus, ajunt Sancti, ut quid vehementius quam Deum timeamus. Hoc unum in malis timendum est, ipse malorum timor. Et qui nimis humana timet mala, non satis timet, quia non timet divina & aeterna quam longe magis timenda sunt.*

Tarselli. L.

6.6.9.

Quod praeclarè admodum & sentiebat & loquebatur S. Franciscus Xaverius, qui litteris ad Provincialalem Lusitanæ datis scribit in hæc verba de suo in Japoniam itinere: *Obstupescunt studiosi mei omnes, & amici, quod tam longinquum ac periculosum suscipere iter non vereant. Multa mihi tempesstatum, Syrtium, Piratarum pericula proponunt. Ceterum haud paulò magis ego illos in vicem obstupescor quod tam exiguum habeant Dei fiduciam, cuius illa omnia in ditione sunt & potestate. Equidem cum Dei natus atque imperio omnia gubernari possint, NIHIL OMNINO METUO PRÆ-*

TER IPSUM DEUM; *Ne scilicet de mea in suis obsequio, religioni, studio, negligentia inertiaque meritas exigit penas. Quocirca reliquos terrores discrimina, erumbras, crues, nihil admodum pertimesco. Unum quo ppe timeo rerum omnium efficiem ac moderator è Deum: quod riscatere, quævis noxie, non nisi quatenus ille fecit, nocere hominibus queant. Et rursum ubi agit de sua in Sinas expeditione, post multa de utriusq; periculis & corporis & animi scilicet concludit, *Quocirca cum hac animi pericula longè majora corporu pericula judicemur, scimus ac tutius esse ducimus per vita discrimina perrumperemus, quam in discrimen adducere animis salutem. Omnia deliberatum est mihi in sinis, Deo favente, in vicissim hostibus penetrare; nam si Deus pro nobis, quis contra nos? Magnum omnino admissus periculum; si nihil aliud, perpetua servitutis. Verum tamen hac me cogitatio consolatur, satius esse Dei causa servitutem servire, quam crucifugia, perfrui libertatem.**

Ad hæc quid dices qui mœtu vel unius aliorum verbi aut repulsa ferendas non aedes cum peccatore congreged? Non aedes manifestè peccantem arguere, vel clam monere ne peccet: *Vt dissolutio corde! Vt mihi quia tacui! Vt mihi est, si non Evangelizavero.*

*Vide passim ubi de Fortitudine.*

ibid.

Ecccl. 34..

15a.6.

Cor. 8.

## S A B B A T O.

DE MALA PACE QVAM CHRISTVS  
SUIS VETAT.

*Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram; non venuerim mittere sed gladium.* Matth. 10.

## VERITAS PRACTICA.

Optabilius est bonum bellum quam mala pax.

**RATIO HÆC EST** præter alias, quia optabilius est bellum habere cum hominibus quam cum Deo; aut pacem cum Deo habere, quam cum hominibus. Sed bonum bellum, bellum est cum hominibus, & pax cum Deo; mala vero pax, pax est cum hominibus, & bellum cum Deo; optabilius ergo est bonum bellum quam mala pax. *Quod tamen in praxi est rurum.*

## PUNCTUM.

**T**ANTA res est, salus animæ, seu salutis promovendæ negotiū, ut nullis obstaculis retardari, nullis considerationibus impediari suos velis Dominus, quin semper quantum in ipsis erit, opus Domini operentur. Opponet se illis quidem mundus, sed mundo resistans oportet, & cum duobus præcipue modis sece mundus opponat, terrore scilicet & blanditiis, seu metu paenarum & affectu cognitionis; contra utriusq; oppositionis genus sic fuos instruit ut postquam de celeridis malis egit, statim de blanditiis superandis trahet; *Nolite arbitrari, inquit, quia pacem venerim mittere in terram.*

notis